



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Tent. III. Circa bonorum infelicem mortem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

ffensam
quoque
ar juxa
enarum
xponen-
a exinde
, quam
avitas ad
uampe-
n rogum
iplam,
eret, non
? quidni
Deus ani-
avissimis
orum &
inducere
ore salu-
ram da-
ia omni-
Scriptu-
uare re-
operibus
stiria n
nientem
& lucra-
s ex par-
bus pur-
citaban-
miserico-
diam,

diam, eādem ipsis olim remetiatur DĒUS juxta pro-
missum suum : *Beati misericordes, quoniam miseri-
cordiam consequentur.* Unde Nierenbergius p. 1. l. 1.
c. 29. meritò divinissimum hoc vocat inventum di-
vinæ justitiae, utpote quod negotiatus sit amor & de-
siderium nostri meriti, & ardens nostræ gloriæ stu-
dium ; nihil enim potest tribui beneficentiūs, post
beneficiūm ipsum, quām ejus dignitas.

§. III.

*Tentatio III. Circa bonorum infelicem
mortem.*

XI. **A** Uxibius servens Religiosus legens in Cassia-
no Heronem post quinquaginta annorum
vitam sanctissimè transactam, tandem ex desperatione
in puteum se præcipitasse ; similèque quid alteri Mo-
nacho Memnoni accidisse, gravem exinde tentatio-
nem concipit, quomodo DĒUS hoc justè permitte-
re potuerit, maximè cùm alias ex S. Augustino & aliis
legerit, non posse quempiam malè mori, qui bene vi-
xerit. Quæritur, quibus argumentis æquitas divinæ
Justitiae in hoc casu ei sit perluadenda ?

Responsio.

XII. In primis illi ostendat, quantopere expedit,
nos humiles semper esse, & imbecillitatem nostram
perspectam habere, cogitaréque, nos nihil ex nobis
posse ; ubi autem evidentiūs nostra infirmitas pandi-
tur, quām ex tali permissione ? Ex lapsu certè illius
Monachi, qui illæsus ardentes prunas nudo calcaverat

Z 4

pede ,

pede, fortasse salus Pachomii, S. Palæmonis, & plurium
aliorum sanctissimorum Monachorum pendebat, inde
enim humiliores, ardentes & omnium virtutum
studiosi evaserunt.

XIII. Secundò illi narrat, quid S. Bernardus l. 44
super Cantica sapienter adverterit dicens: *In veritate
dixi, nihil aequè efficax esse ad gratiam promerendam,
retinendam, recuperandam, quam si omni tempore co-
ram DEO inveniaris non altum sapere, sed timere;*
ad hunc autem timorem concipiendum oportebat nos
unius vel alterius periculo eruditiri, & commune bo-
num privati capit is interitu procurari. Maximè autem
eruditio nostra exemplum est, alieno periculo disci-
mus fortunatissimè.

XIV. Tertiò illi ostendat, quod sicut tota vita
nostra meritorum campus est, sic & pugnae stadium,
uti S. Theodorus Studita l. 118. clare indicavit dicens:
*Quamdiu in carne sumus, præstò est bellum: neque enim
fuerit virtus, nisi præsens sit bellum:* Si tempus virtutis
& belli, ergo & periculi; unde autem hoc con-
statet, nisi aliquos videremus in omni vita generi
perire? Hinc tam sollicitè monet Apostolus l. Cor. 9.
*Nescitis, quod it, qui in studio currunt, omnes quidem
currunt, sed unus accipit bravium. Sic currite, n
comprehendatis.*

XV. Quartò illi ostendat, quod, cùm DEUS
sit gratiæ suæ Dominus, eidem quoque illam dispen-
sare, prout libet, licere. Solo certè exercitio iuris
sui non modò licet, sed etiam honestissimè negare
gratiam perseverantiae finalis omnibus posset, quan-
tò magis ergo eum hoc æquissimè facere posse cen-
timus ad salutem plurimorum, ad eruditionem hu-
militarum.

militatis, ad manifestationem supremæ dominatio-
nis, ad ostendendas misericordiæ tuæ divitias. Ideo
fanè etiam in fine vitæ quandoque malorum homi-
num misertus est DEVS, ut & spem ex nonnullo-
rum pessimorum salute concipere, & ex aliquo-
rum bonorum exitio timorem salutarem
disceremus.

C A P U T VI.

DE TENTATIONIBUS CIRCA MALOS HOMINES.

ETiam circa hos aliquæ tentationes oriri possunt
rudioribus, minùque in Theologia Ascetica in-
structis Personis, videlicet cur majorum plerumque
sit malorum numerus: cur tot bona illis à DEO tri-
buantur: cur æternâ pœnâ cruciari eos permittat.
Quas omnes quæstiones hoc in capite breviter more
meo decidam.

§. I.

Tentatio I. Circa malorum hominum multitudinem.

I. **C**oleta Monialis, dum ex S. Scriptura au-
dit, quòd jam tempore Noë omnis caro
corruperit viam suam, & præterea etiam perpendit,
quàm pauci homines boni, si cum malis comparen-
tur, in mundo reperiantur, fatetur candidè suo Pa-

Z 5

wj